



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustæ Vindelic., 1727

Cœna Domini

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

opera illustrissima! Magnum magna decent.

Coena Domini.

EXHORTATIUNCULA I.

EN! appropinquavit dies, quâ Jesus se totum nobis dedit in edulium. Satietur illô cor nostrum, adeò, ut nihil sapiat amplius, nisi Jesus. Præter hunc valeant omnia! Quid? ô fili! possidentes Deum exoptemus aliud? ubi illud? *Quid mihi est in cælo? & a te, quid volui super terram?* suspirat David.

Instructio meritoria.

Trinis extraordinariis visitationibus consolemur captivum in tabernaculo Jesum. In prima oremus *Lytanias de SS. Altaris Sacramento*. In secunda officium minus de eodem. In tertia pro veneratione rotius ætatis Christi 33. *Pater & Ave cum Te Deum Laudemus*. Frater fratrem redimat, si verè diligit!

II.

HOdie audiamus ultimam morituri Jesu voluntatem. Quæ illa? *hoc facite in meam commemorationem*.
Com-

Commendat hīs verbīs quotidianam in templis, & ad sacrificia missæ devotionem, reverentiam, & pietatem. Et nunquid nos negabimus? vae tantæ ingratitude!

Instructio meritoria.

Certum hodie nobis statuamus modum audiendi quotidie sacrum: Nimirum recitandò vocaliter usque ad SS. Canonem SS. Rosarium cum aliis precibus. A tempore Consecrationis mentaliter Deo Eucharistico nostras necessitates commendando: Ad *Agnus Dei* spiritualiter communicando: Post sumptionem verò à Sacerdote peractam *septem Pater & Ave* cum Psal. *De Profundis &c.* persolvendo pro lucrandis indulgentiis. Quàm sancta Praxis!

III.

CUM diabolus jam possedisset cor Judæ, Jesus instituit pretiosi Corporis, & Sanguinis sacramentum. O immensa Bonitas, quâ hominis convicta est audacia, & temeritas! profectò quantò magis homo Deum impugnat flagitiis, tantò magis concertat beneficiis.

ficiſ. Fili ! non erubescimus malitiã
noſtrã ?

Inſtructio meritoria.

O quot hominum erunt, qui pro tem-
pore Paſchali adibunt ſacrilegẽ menſam
Domini ! avertamus, quia poſſumus, &
hodie ter coram Sanctiſſimo illum de-
votionis Rythmum è S. Thoma recite-
mus : *Adoro te devotè latens Dei-
tas &c.* cum ſuſpirio S. Franciſci Xav.
*O Deus ! ego amo te, nec amo te, ut
ſalves me &c.*

Dies Mortis Dominicæ

ſeu

S. Parasceves.

EXHORTATIUNCULA I.

Heu ! moritur vita ! ô dolor ! Jeſus
aufertur ! Crucifigitur Deus ! Fi-
li ! ubi compaſſio ? omnis creatura com-
patitur Chriſto morienti : Sol obſcura-
tur : Terra concutitur : Petræ ſcin-
duntur : Velum templi dividitur : Se-
pulchra aperiuntur : Mortui reſuscitan-
tur : Quid hoc ? & ſolus miſer homo
non